THALAMUM GENIALEM DESTINATIONE COELESTI RESTITUTUM

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo

DOMINO

CASPARO Berndt/

Inclytæ Reipubl. Thorunensis
CONSULI Gravissimo,

Pariter &

Nobilissimæ, suiq; sexûs Virtutibus admodùm Conspicuæ Matronæ,

DN. CHRISTINÆ,

natalibus STIRIÆ,

Nobilissimi qvondam & Amplissimi Viri,

DN. SIMONIS Behem/

Consulis itidem Thorunensis

RELICTÆ VIDUÆ FLORENTISSIMÆ,

Rector & Profess. Publ. Gymn. Thor.
Honorariis istis Poëticis,

Anno divinæ Gratiæ M DC. LXXXX. d. 10. Octobr. illustrare voluerunt.

Ich habe zwar den Schluß schon halb und halb gemacht/
Nu bald der Tichterey ganz gute Nacht zu geben.
Ein Mann/ der seine Zeit/ wie ich/ so hoch gebracht/ (a)
Der pflegt auff andre Art nach Andrer Gunst zu streben.

Und sonderlich so bringt das Tichten mir Verdruß/
Weil man manch Carmen hier hat schlechter angenommen/
Und weniger erkant/ wie ich erfahren muß/
Als wenn mit Versen ich vor hohe Häupter kommen.

Es sind nu zwanzig Jahr und viere noch dazu/ (b)
Daß Du/ durch meinen Kiel/ Valet vom Reiche namest
Und deinem hohen Stamm/ Du Edle Fürstin Du/ (c)
Als Du den Sachsen-Prinz zu deinem Schaz bekamest. (d)

Wie ich mit diesem Lied vor deinen Vater kam/
Den grossen Friederich/ so kan ichs nicht beschreiben/
Wie gnädig solches Er von meiner Hand annahm.
Es sol bey mir allzeit wol unvergessen bleiben.

Da Du/ mein Chur-Prinz/ hast erstmahls communicirt/ (e)
Und Dich an Christus Tisch mit Christi Mahl gestärcket/
So hab' ich durch ein Lied darzu Dir gratulirt/
Und ach wie gnädig hast Du das von mir vermercket!

Hier/ wenn man den und den hat durch ein Lied beehrt/
Darff er an Danckes stat noch wol die Nase rümpffen:
Er liest es nicht einmahl/ wie die Erfahrung lehrt/
Hält es vor Schuldigkeit/ auch wol vor ein Beschimpffen.

Drumb halt' es mir zu gut/ mein Thoren/ weil mein Kiel
Darzu gar übel fleußt/ daß ich an stat Parnassen/
(Wie es denn auch mein Ampt und Alter haben wil/)
Im Kabinet hinfort mich werde finden lassen;

Und

(a) Ætat. 60. (b) A. C. 1666. 7. Dec. in arce Regiâ Nieköping Insulæ Falster in Daniâ. (c) Dn. Anna Sophia, moderna Electorissa Saxoniæ. (d) Dn. Johannem Georgium III. nunc Sereniss. Sax. Electorem. (e) A. C. 1660. Dresdæ, Die Viridium in arce Electorali.

Und meine Händ' und Herz gen Himmel heben auff/
Daß GOTT dich woll' in Leyd auffrichten/ und in Freuden
Dir hold und günstig seyn/ und segnen deinen Lauff:
Daß alles Unglück mag aus Aller Wohnung scheiden.

Nur Dich/ mein wehrter Berndt/ Du alter Schulen-Freund/
Muß ich zu lezte noch mit einem Lied' ansingen/
Und/ weil zum dritten mahl jetzt deine Sonne scheint/
Nach langer Trauer-Nacht/ Dir diesen Glück-Wunsch bringen:

GOtt trete selbst mit ein in Ehe/ Ampt und Haus:
Er kröne/ schone/ schüz' und segne Euch mit Gnaden.
Es weiche Fluch und Leid/ und Neid und Unglück draus;
So wird kein Donner-Schall/ kein Knall/ kein Fall Euch schaden.

Die Edle Behmin/ die Herr Behme/ unser Freund/ (bescheiden;
Durch seinen Unglücks-Schnitt und Tritt Dir hat
Die müsse Dich (ich hoff' und wünsch' es wolgemeint)
Mit unverrückter Treu/ und Huld und Liebe weiden!

Es müsse sich in GOtt bey Ihr dein Glück erhöhn!
Sie sey Dir/ gleich dem Stier/ (f) ein stetes Frühlings-Zeichen!
Dein Hauß müß unter Ihr in voller Blühte stehn/
Und Ehre/ Freud und Lust den Gipffel hier erreichen!

Schmerz/ Angst uñ Herzeleyd das sey von Euch entfernt!
Es müsse diese Eh' den Kindern auch gedeyen! Zu-

(f) Est enim Nobiliss. Sponsa nata STIRIA.

Zulezt woll' euer Gott / Frau Behmin und Herr
Berndt /
Ein ruhig Herz / und Haus / und Leben Euch verleihen!

Nim an / Herr Berndt / den Wunsch / den Dir dein Hofmann
So Du bereits geliebt vor mehr als vierzig Jahren. (g) (bracht /
Sey ferner auff sein Heyl an deinem Theil bedacht /
Und laß' im frembden Land und Sand den Bund nicht fahren /

Den wir in Breßlau dort bey Magdalen gestifft:
Er stehe unverlezt / er bleibe unzerbrochen.
Ich wil hingegen stets / gläub' es / was mich betrifft /
Mit meinem Ampt / Gebet und Dienst dein Bestes suchen.

Paul Hofmann D.

(g) A. C. 1648.

Sirac. c. 26. & Prov. 31.

O Ter felicem! prudens cui contigit Uxor,
Virtutum cultrix, & studiosa Viri.
Annorum numerus duplicabitur illius inde,
Persarumq; magis Rege beatus erit.
Strenua delectat mulier sapiensq; maritum,
Illius & vitæ tempora læta facit.
Eximium, summâ descendens ætheris arce,
Est Uxor donum, casta, pudica, pia.
Carior est gemmis, fulvo pretiosior auro,
Nobilior rebus, qvas vagus Orbis habet.
Nec nisi Cultori Superûm datur illa marito:
Qvi Dominum vera relligione colit:

Sive

Sive sit is dives positis in fœnore nummis,
Seu pauper, parvo cui micat igne focus.
Omnibus in rebus solatia præbet amanti,
Lætitiæ spargens semina grata novæ.
In Thalamum talem *ducis*, Vir ô inclyte, *Sponsam,*
Fœminei decus & nobile stemma chori.
Hæc Smaragdos, hæc Chrysolithos & Jaspidas atqve
Sardonichas pretii vincit honore sui.
Hanc Proceres laudant, prudensq́ Corona Senatûs:
Et talem qvivis vellet habere suam.
Expertus talem hanc prior ille Maritus amicam,
Heu, qvondam noster Behmius ille Pater!
O Te felicem, Vir Consultissime, *Sponsum,*
Non poteras Sponsâ nobiliore frui.
Auferet Illa Tibi, *qvas affert* Curia, *curas:*
Et præerit Domui ritè perita Tuæ.
Oblectabit Te verbis, factisq́ decoris,
Et semper faciet pectora læta Tibi.
Annorum numerus duplicabitur inde tuorum,
Persarumq́ magis Rege beatus eris.
Qvod Deus Omnipotens faxit, Deus ille Gamarcha,
Unanimi jungens corda ligata fide.
Tertius ut longum fortunatissimus iste
Sit Thalamus, Fautor Devenerande, Tibi!

Gratulab. scripsit
WENCESLAUS JOHANNIDES,
Gymn. Thorun. P. P.

Omne

Omne Trinum Perfectum.

SI *Trinum* qvodvis *Perfectum* dicitur esse;
Perfectum merito hoc nuncupo Conjugium.
Inclyte Sponse, tuum nam *tertia* ducitur *Uxor*
In thalamum, cordis portio grata tui.
Apprecor, ut *Ter Sancta Trias*, cui fœdera curæ,
Plus-qvam-perfectum fœdus id esse velit.

Brevi versu, sed prolixo affectu
Inclytis Neo-Nymphis
felicissima qvæq; vovet
M. JOHANNES SARTORIUS,
P.P.

VIr multum dilecte DEO! *cui pectus in omne*
infundit nectar mellea Musa potens.
Te non æris amor, non mundi vana libido,
nec torpor celso constituere gradu.
Enthea per calles tua virtus repsit in altum,
noluit ac humili fessa jacere loco.
Sublimes semper tua mens spirabat honores,
ut solet ad summum tendere flamma polum.
Limina Musarum qvondam properanter adibas,
Ingenii doctis dotibus auctus eras.
Non etenim nummi poterant Te reddere clarum,
sed studium & virtus invidiosa malis.
Impendunt alii multo cum pondere sumptus
in nugas vanas multimodasq; plicas.
Tu parvo nummo superasti climata docta.
(Nam gravis est auri sarcina larga pigri.)
Urbem hanc cum denos subiisses ante ter annos
Familiis magnis notus & arctus eras.

Juris

Juris honos in Te sedem sibi fixerat amplam,
Civibus auxilium Consiliumq; dabas.
Publicus Orator fueras, cui nectaris instar
dulcis honorato fluxerat ore sonus.
Hoc ubi Magnifici spectasset cura Senatus,
magna tibi qvondam præmia sponte tulit,
qvæ meruit pietas, & docti pectoris artes,
judiciumq; sagax eloqviiq; nitor.
Nec tamen his ornata stetit tua fama decoris,
amplius est virtus dotibus aucta DEI.
Conjugii duplicis sortem non narro secundam,
tertia qvam recolis pulchrior ipsa venit.
En Tibi Sponsa venit manibus deducta Virorum,
qvas Urbis nostræ laudat uterq; chorus.
Scilicet ingenuo cunctas in pectore dotes,
casta qvibus laudem Sponsa meretur, habet.
Qvaliter astrorum cœlo Regina sereno
Luna, repercussis nocte refulget aqvis.
Sic vivus micat ore nitor, sic lumina flagrant,
Candoris facies arguit esse bonam.
O par dilectum! *nunqvamq; solubile vinclum!*
qvod DEUS arcana copulat ipse manu.
Vive dies Pylios, crescatq; serena perenni
gloria successu nominis usq; tui.
Utq; peregrina coalescit in arbore ramus,
inq; vicem succos miscet uterq; suos:
Ardens vester amor sic corpore vivat in uno,
et faciat prolem vivere rite piam.

Nobilissimo Conjugum pari, impares pro innumeris beneficiis redditurus grates, accinere debuit

M. MARTINUS Böhm P.P.

Corrigat ista dies illud lacrymabile tempus,
Qvo feriit pectus sæva procella tuum.
Vidimus obductam spissa caligine mentem
Mœroris, currat nunc tibi festa dies.
Candentes vultûs fœdarat fletus, & imbres
Ingenuos biberant pectora læsa tuos.
Nunc pereant fletûs, redeant post nubila Soles
Fausti, qvos temeret nulla maligna lues.
Traxisti tristis per vicos Syrmata pulla;
Nunc latos humeros Synthesis alba tegat.
Oscilla haud poteras tremulo diducere risu,
Singultu justo præpediente sonos;
Nunc animos capias, dum svavis tibia ludit
Lætos, nunc molles ore rotato jocos.
Linqve Urbem sparsis qvam funestare capillis
Debueras, Urbs est læta adeunda tibi.
Linqve ædem viduam, memori qvæ funere mœret,
Et cuius lacrymas angulus omnis habet.
Panditur ecce tibi nova, qvæ Capitolia spernit,
Qvam Cytherea puto vellet habere Dea.
Tu turrita domus, qvæ principe fœmina digna es,
Suscipito hanc est qvæ vel Jove digna viro.
Sponse, fac officium, Numen de poplite adora,
Hujus qvi tantum munere munus habes,
Nî tibi nupsisset, te cælebs vita deceret,
Currere deberent & sine luce dies.
Nobile par vivat, sociales impleat annos,
Tot qvot apes volucres Trinacris Hybla fovet.
Sponsa ferax juncto juvenilia sidera Sponso
Det, natum aut natam post pia bella piam.
Vivat, ametq; Virum, sit caro in Conjuge felix,
Pars vitæ infestâ cætera nube vacet.

His paucis lectissimo pari Conjugum
Studia testatur

JOHANNES REZIK Prof.